

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

XL. De concessione Indultorum suscipiendi Ordines extra tempora.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

1693.

Preces Su-  
periorum.

tionem Apostolicae confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Confirmatio  
d. Ere-  
ctionis.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes amplioris favore gratia prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliquis Ecclesiastici sententis, censuris, & penit. a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt; ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio, & attenta relatione, quam Ven. Fr. noster Alderanus Episcopus Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Pro-tector eisdem Cardinalibus super præmissis fecit, Erectionem prædictorum trium Conventuum Recollectionis in eadem Provincia factam, ut præfert auctoritate Apost. tenore præsentium approbat pariter, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

Clausula.

§. 3. Decernentes ealdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respettive inviolabiliter observari: Sieque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Conventuum, Provincie, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter exprefsis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & exprefse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Novembris MDCXCIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

XL.

Dat. 13. Oct.  
1693. An. 3.Causa De-  
creti.

Confirmatur Decretum Congregationis particularis super concessione Indultorum suscipiendi Ordines extra tempora.

Inn. XI. Conf. ed. 1686. Jan. 30. P. 10. agitur de ordinatis cum falsis dimissoriis. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1694. Nov. 4. P. 3. de ordinationibus alienorum Subditorum.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sancissimus Dominus Noster Innocentius Papa XII. pro pastorali suo in commissum sibi Gregem Dominicum zelo, ac tuenda Disciplina Ecclesiastica studio prospicere volens, ne Indulta suscipiendi extra tempora a jure Statuta Ordines nimis facile concedantur, Congregationi particulari Eminentissimorum Dominorum Car-

dinalium Carpini, Casanatis, Marescoti, Coloredi, Panciatici, & Albani, necnon Illustrissimorum Dominorum Sperelli, Ciampini, Sacripantis, meique Secretarii infrascripti specialiter deputata expendendas commisis causas, ex quibus prefata Indulta tribui solent, & Sanctitati Sue referri posset, quæ ratio deinceps incunda, modusque adhibendus videretur in concessione similium Indultorum.

§. 1. Qua quidem Congregatio in Aëdibus præfati Eminentissimi Carpini die 10. Novembris, atque iterum 7. Decembris Anni currentis habita, re mature discussa, censuit Indulta hujusmodi, si Sanctissimo placuerit, concedi posse ex causis infrascriptis, videlicet.

§. 2. Ut quis Beneficio, vi cuius arctatur ad Presbyteratus Ordinem suscipiendum, vel alteri etiam perpetuo Beneficio, quod obtinet, vel Capellania ad vitam sibi concessa per seipsum inservire possit. Ob penuriam Sacerdotum in illis partibus, vel in Monasterio pro Regularibus. Ob solatium Patris, vel Matris, dummodo quinquaginta ætatis annos excedant, & Orator falem per triennium in Clericali habitu honeste, & laudabiliter vixerit. Item concedi posse censuit eadem Indulta Referendariis utriusque Signaturæ, Familiaribus Summi Pontificis, Canonici Cathedralis, vel etiam Collegiati Ecclesiæ, eorumque Coadjutoribus, Magistris, seu etiam Baccalaureis in Sacra Theologia; Doctoribus utriusque, vel saltē Canonici juris, Licentiatis, dummodo singulos præfatos gradus in publica, & approbata Universitate obtinuerint. Iis etiam, qui saltē per triennium sedulam Theologia studiis operam navaverint, ac tandem viginatum sextum ætatis annum excedentibus, si per triennium in Clericali habitu honeste, & laudabiliter vixerint.

§. 3. E contra censuit non expedire, ut eadem Indulta concedantur ex eo, quod quis Diaconus, Subdiaconus, Literarum Apostolicarum Scriptor sit, seu Magister in Artibus, nobilis, aut præfens in Curia, vel quod Philosophia cursum absolverit, aut aliqui Ecclesiæ adscriptus fuerit, ad cuius servitii Titulum ex Apostolico Indulso Clerici ordinari possunt, aut onus Misericordiarum non tamē ex Beneficio Ecclesiastico proveniens, habere se doceat. Insuper censuit Indulta hujusmodi esse deneganda iis, qui aliqua dispensatione indigent impedimenti ex eorum delicto provenientis; & Sede Episcopali vacante infra annum a die vacationis minime danda iis, qui Beneficii Ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctati non fuerint.

§. 4. Item nunquā concedenda pro festis diebus continuis, sed semper pro interpolatis aliquo temporis spatio arbitrio Episcopi defiendo.

§. 5. Denique censuit Episcopos omnes, ac etiam Apostolicos Nuncios, & Legatos Literis in forma Brevis circularibus admonendos, decrevisse Sanctitatem Suam Indulta prædicta non ita passim, sed ex certis tantum, legitimisque causis concedere, nec Episcopos ad eorum exequitionem adstringere, sed illam semper ipsorum arbitrio, onerata eorumdem conscientia, relinquere. Item per eadem Indulta licentiam non tribui promovendi quempiam ad Patrimonii Titulum, nisi ad normam Concilii Tridentini Sess. 21. Cap. 2. Eos vero omnes, qui ab Apostolica Se-de facultatem obtinent conferendi Ordines extra tempora, vel aliis respettive tribuendi licentiam, ut conferant, maxime carere debere, ne prescriptis sibi in iisdem facultatibus limites cœjuvis consuetudinis, aut exempli prætextu transgrediantur.

§. 6. Hac autem omnia, & singula supra scripta Decreta, audita ex me integra eorum re-latione,

Decretum  
Congrega-  
tionis.Quibus  
concedenda  
prædicta In-  
dulta.Quibus ve-  
ro denega-  
da.Item pro  
quibus die-  
bus, qua de  
causa, &  
quomodo  
concedenda.Contra  
dictio relata De-  
creti.

ANNO  
1693.  
& 1694.

INNOCENTIUS DUODECIMUS. 213

latione, Sanctissimus Dominus Noster laudavit, & approbavit, ac tam in Dataria, & Secretaria Brevium, quam a ceteris omnibus Ministeris, & Officialibus Curiae, ad quos pertinet, perpetuo, & inviolabiliter servari mandavit, sublata omnibus quacumque facultate predicta Indulta aliter, quam ad formam eorumdem Decretorum in posterum expediendi. Hac die 14. Decembris 1693.

XL I.

Confirmatur Constitutio Clem. VIII. qua interdicitur Monachis Congreg. Regularis Castellae Ord. Cisterciens. in Regno Portugalliae appellatio ad exteriores judices, & manifestatio negotiorum Congregationis.

*Laudata Conf. ed. fuit 1592. Aug. 22. P. 1. Hujus Pontificis Conf. ed. 1693. Jan. P. 2. probibita fuit acceptio illegitimarum, & expulsorum. Et Clem. XI. Conf. ed. 1701. Feb. 19. P. 1. agitur de Vocalibus.*

Dat. 24. Mart.  
1694. An. 3.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**E**X injuncto Nobis cælitus Apostolice servitatis munere illa, que a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris pro felici Christifidelium sub suavi Monastici Instituti jugo vota sua Altissimo reddere laudabiliter fatagentium statu conservandi, illorumque Religiosa quiete firmiter stabilienda pie, provideque emanas noscuntur, ut solidiori robore pereant, Apostolici muninæ Nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilius.

**S.** 1. Dudum siquidem felic. record. Clemens Papa VIII. Prædecessor Noster, ut Religiosæ Monachorum Congregationis regularis observantia Sancti Bernardi Castellæ Ordinis Cisterciens. tranquillati, prospero regimini salubriter consuleret, Literas in simili forma Brevis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet - *Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam, Pastoralis nostræ sollicitudinis ratio postulat, ut in his autoritatis Nostræ partes libenter interponamus, per quæ Religiosorum status quieti, ac prospero regimini opportune consulitur. Sane cum Religiosorum proprium sit in humilitatis, & obedientiæ spiritu, Deo servire, & a sæcularium rerum cura, a qua cum Religionem profiteant omnino se subtrahisse, debent penitus liberasse, nihil magis eorum quietem perturbare potest, quam si contra proprium hujusmodi Institutum Superioribus obedient, reculari, ac ad sæculares personas pro eorum regularibus negotiis recurrere non vereantur. Hoc siquidem incommodum ex Ordine Cisterciens. submovere, eique obviare cupientes felic. record. Alexander IV., Pius II., & Innocentius VIII., ac alii forsan Romani Pontifices Prædecessores Nostri per suas perpetuo valituras Constitutiones inter extera statuerunt, quod personæ Regulares Ordinis Cisterciens. aliquo praetextu, vel occasione ab ordinationibus, & correctionibus quibuscumque tam suorum Abbatum, & Prælatorum, quam etiam Abbatis, & Capituli Generalis appellare, aut curas, & quæras suas extra dictum Ordinem educere, præterquam pro notoria, ac manifesta iniustitia, & in eventum denegatae justitiae a Capitulo Generali ad Sedem Apostolicam tantum appellare, & recursum habere non possunt, prout in eorumdem Prædecessorum literis plenius continetur. Cum autem hoc ipsum in Congregatione regularis observantia Sancti Bernardi Regnorum Castellæ, quæ ejusdem Ordinis Cisterciens. existit, & eisdem Privilegiis ac Regularibus Institutis utitur in violabiliter observari maxime deceat, & Nos*

Constitu-  
to Clem.  
VIII., qua

Conforma-  
tæ fuere Præ-  
decessorum  
Constitucio-  
nes super di-  
cta re pro  
Congrega-  
tione Castel-  
lae.

ANNO  
1694.

summopere cupiamus ejusdem Congregationis quieti, & prospero regimini opportunius etiam confulere, Motu proprio non ad alicius Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, maturaque deliberatione Nostris, ac de Apostolica potestate plenitudine ex voto venerabilium fratum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium tunc præpositorum Constitutiones prædictorum Prædecessorum Nostrorum, ac Literas desuper confectas, quarum tenores presentibus, ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis haberi volumus, & in eis contenta quæcumque auctoritate Apostolica tenore præsentum confirmamus, & approbamus, & innovamus, illisque perpetua, & inviolabilis firmitatis Apostolicae robur adjicimus, easque in dicta Congregatione Regularis Observantiae Sancti Bernardi Regnorum Castellæ aque ac si per ea nominatim edita fuissent sub poenis omnibus in illis Constitutionibus eo ipso incurris inviolate perpetuo observari debere decrevimus, & mandamus. Et nihilominus hac Nostra perpetuo valitura Constitutione sancimus, ac statuimus, & ordinamus pro perpetuis futuris temporibus nulli omnino persona dicta Congregationis regularis observantiae Sancti Bernardi licet ab Ordinariis, visitationibus, correctionibus, reformatiobus, privationibus, depositionibus, aliisque poenis, & sententiis suorum Abbatum, Visitatorum, aliorumque Prælatorum, seu etiam Abbatis reformatoris Generalis ejusdem Congregationis ad aliquem Judicem sive Ecclesiasticum, sive sæcularem, aut aliam quæcumque personam quavis auctoritate, & dignitate, etiam legali, Ducali, aut alia mundana, aut etiam Archiepiscopali, Episcopali, vel alia Ecclesiastica præfugientem appellare, aut alias quoquo modo recursum habere, sed ab eorum superioribus Ordinariis ad Abbatem Generalem, & ab illo ad Capitulum intermedium, & ab isto ad Capitulum Generale recurrere, & coram eis de eorum Juribus experiri juxta dicti Ordinis, & Congregationis privilegia, & regularia Instituta teneantur, a prædicto tamen Capitulo Generali pro notoria, & manifesta iniustitia, ac in eventum denegatae Justitiae ad Sedem Apostolicam, ut præfertur, dumtaxat recurrere valeant. Insuper ejusdem Congregationis Abbat Reformatori Generali, aliisque Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Monachis, Monialibus, & universis, & singulis utriusque sexus Regularibus personis perpetuo interdicimus, & prohibemus, ac in virtute Sanctæ Obedientiæ distritus præcipiendo mandamus, ne unquam tempore non solum de hujusmodi causis, sed etiam de quibuscumque aliis rebus, & negotiis Congregationis ad quæcumque personas sæculares, & Ecclesiasticas extra dictam Congregationem, etiam Reges, Duces, & alios Principes sæculares, necnon quoicumque in Ecclesiastica Dignitate constitutos, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiasticos Prælatos scribere culpas Religiosorum, & poenas quibus plectuntur, & alias res, quæ extraneis personis nota esse minime decet tam per literas, & memorialia, quam oretenus per se, vel per aliquam interpolatam personam, directe, vel indirecte, tacite, vel expresse quovis quæsito colore, vel ingenio significare, & notas facere de eorum Prælatis, aut de omnibus, aut singulis utriusque Sexus ejusdem Congregationis regularibus personis supranominatis penes prædictas personas conquesti, aut coram illis aliqua ipsorum Prælatorum, & dictuarum Personarum criminis obijcere, aut alia facere, dicere, tractare, quæ ad Religionem, seu Religiosos ipsos pertineant, audeant, seu præsumant. Qui vero in aliquo præmissorum contra presentium tenorem venire, aut aliquid attinare præsumperint, eos excommunicationis latente sententiæ, ac perpetua privationis actiæ, &

frem dentis  
prohibita  
fuit d. appella-  
tio, necnon  
manifestatio  
negotiorum  
Congrega-  
tions sub  
gravibus  
poenis.

Excep-  
ta fuit appella-  
tio ad Ponti-  
ficem in uno  
casu.

passim.